


De første 28 sider af Jacobi Magni: Sophologium 1470. Bemærk farveunderstegningerne og alle annotationer i marginen. De er foretaget af Asmund Tygesen, som ejede bogen, inden den endte i Randers Latinske Skolebibliotheque. Bemærk også sidetallene på hveranden side.



Libri primi in prae facit de virtute Domo sapientia. 9. 99  
 Indulgentia ad amorem. Sapientia dicitur p. r. o. s. f. l. a. m. D. o. g. m. a. t. a. S. a. n. c. t. a. r. o. l. a.  
 Cap. 1. in h. e. p. r. e. s. t. a. t. e. n. t. i. s. c. l. a. u. s. q. u. i. n. e. p. e. r. e. t. G. a. v. d. e.  
 In glo. d. a. t. p. e. d. i. g. n. a. c. o. r. o. n. a. J. o. h. n.

4.

sequit. Scio inq. nemine bene viuere sine sapientie stu-  
 dio. Vnde veteres philosophi acq. l. i. t. i. s. n. e. c. e. s. s. a. r. i. u. s. v. i. t. e.  
 i. c. i. p. i. e. b. a. n. t. p. h. i. l. o. s. o. p. h. a. r. i. i. n. q. t. A. r. i. s. t. o. t. i. l. e. s. i. n. p. r. o. h. e. m. i. o.  
 m. e. t. h. a. p. h. i. s. t. i. c. e. Q. u. o. e. n. i. i. u. r. e. t. a. m. f. a. m. o. s. u. s. S. a. l. o. m. o. n. h. a.  
 b. e. t. u. r. : n. e. m. p. e. s. a. p. i. e. n. c. i. e. m. u. n. e. r. e. o. b. t. i. n. u. i. t. p. r. i. n. c. i. p. a. t. u. m.  
 & h. o. n. o. r. e. m. I. p. s. o. d. i. c. e. n. t. e. s. a. p. i. e. n. c. i. e. P. r. e. p. o. s. u. i. i. n. q. u. i. t. i. l.  
 l. a. m. r. e. g. n. i. s. & s. e. d. i. b. u. s. E. t. s. e. q. u. i. t. I. n. f. i. n. i. t. u. s. e. n. i. t. h. e. s. a. u.  
 r. u. s. e. s. t. h. o. m. i. n. i. b. u. s. & p. u. e. r. t. i. o. r. u. m. s. e. c. u. d. o. M. e. l. i. o. r. e. s. t. i. q. t.  
 a. c. q. u. i. s. i. o. e. i. u. s. n. e. g. o. c. i. a. c. i. o. n. e. a. u. r. i. & a. r. g. e. n. t. i. I. p. s. a. e. n. i. p. r. e.  
 c. i. o. s. i. o. r. e. s. t. c. u. c. t. i. s. o. p. i. b. u. s. Q. u. i. d. a. m. p. l. i. u. s. : n. a. m. p. h. i. l. o. s. o.  
 p. h. i. u. e. t. e. r. e. s. y. m. a. g. i. n. e. m. s. a. p. i. e. n. c. i. e. i. n. f. o. r. i. b. u. s. o. m. n. i. u. t. e.  
 p. l. o. r. u. m. p. i. n. g. i. f. a. c. i. e. b. a. t. : s. e. i. l. i. c. e. t. u. s. q. u. e. g. e. n. u. i. t. : p. e. p. e. r. i. t. m. e.  
 m. o. r. i. a. : & s. o. p. h. i. a. m. m. e. v. o. c. a. n. t. g. r. e. c. i. : l. a. t. i. n. i. s. a. p. i. e. n. c. i. a. m. .  
 H. i. a. u. t. e. m. s. a. p. i. e. n. c. i. a. m. n. o. n. a. m. a. n. t. q. u. i. l. e. g. i. b. u. s. r. e. c. t. i. s. n. u.  
 t. u. m. p. r. e. f. e. r. u. n. t. c. o. r. r. u. p. t. u. m. q. u. o. d. f. e. c. i. s. s. e. g. e. n. t. i. l. e. s. q. u. o. s.  
 d. a. m. n. a. r. r. a. t. P. o. l. i. c. r. a. t. u. s. l. i. i. i. i. c. a. p. i. t. u. l. o. v. . Q. u. i. t. a. m. e. n.  
 g. e. n. t. i. l. e. s. s. e. i. a. c. t. a. b. a. n. t. s. a. p. i. e. n. c. i. e. f. o. r. e. a. m. a. t. o. r. e. s. A. t. t. e. n.  
 d. a. t. i. g. i. t. l. e. c. t. o. r. q. u. i. l. l. e. s. a. p. i. e. n. c. i. a. m. a. m. a. t. q. u. i. v. e. r. e. c. o. n. s. c. i. e.  
 c. i. e. o. p. e. r. a. c. o. n. f. i. r. m. a. t. D. e. t. a. l. i. l. o. q. u. e. r. i. s. s. a. p. i. e. n. c. i. a. S. a. l. o. m. o.  
 S. a. p. i. e. n. c. i. e. v. i. i. i. a. n. t. H. a. n. c. a. m. a. u. i. & e. x. q. u. i. u. i. a. i. u. u. e. n. t. u. t. e.  
 m. e. a. : & q. u. e. s. i. u. i. e. a. m. i. m. i. s. p. o. s. a. m. a. c. c. i. p. e. r. e. E. t. i. b. i. d. e. m.  
 s. e. p. t. i. m. o. . O. p. t. a. u. i. & d. a. t. u. s. e. s. t. m. i. h. i. s. e. n. s. u. s. : i. n. u. o. c. a. u. i.  
 & v. e. n. i. t. i. n. m. e. s. p. i. r. i. t. u. s. s. a. p. i. e. n. c. i. e. Q. u. o. e. n. i. p. a. c. t. o. p. h. i. l. o.  
 s. o. p. h. i. i. t. a. v. o. c. a. t. i. s. u. n. t. N. a. m. p. h. i. l. o. s. o. p. h. i. a. s. a. p. i. e. n. c. i. e. a. m. o. r.  
 e. s. t. : q. u. o. t. r. e. m. p. h. i. l. o. s. o. p. h. u. s. e. s. t. n. o. m. e. n. h. o. n. o. r. i. s. V. n. d. e. A. l.  
 p. h. o. r. a. b. i. u. s. i. n. l. i. b. r. o. s. u. o. d. e. d. i. u. i. s. i. o. n. e. p. h. i. l. o. s. o. p. h. i. e. P. h. i. l. o.  
 s. o. p. h. i. a. i. n. q. t. e. s. t. h. u. m. a. n. a. r. u. m. d. i. u. i. n. a. r. u. m. q. u. e. r. u. m. c. o. g. n. i. t. i. o.  
 c. u. m. s. t. u. d. i. o. b. e. n. e. v. i. u. e. n. d. i. . H. i. i. g. i. t. s. a. p. i. e. n. t. e. s. n. o. s. u. n. t. q. u. o.  
 r. u. m. s. t. u. d. i. a. p. a. t. e. n. t. c. r. i. m. i. n. o. s. a. : n. a. m. v. b. i. m. a. l. i. c. i. a. i. b. i. a. u. t.  
 n. o. n. e. s. t. a. u. t. v. a. c. a. t. u. e. r. a. s. a. p. i. e. n. c. i. a. R. u. r. s. u. s. p. o. s. c. o. c. o. n. s. p. i.  
 c. i. a. m. u. s. q. u. a. l. l. e. x. a. n. d. e. r. q. u. i. t. o. t. i. m. u. n. d. o. d. o. m. i. n. a. b. a. t. s. a. p. i. e.  
 c. i. a. m. e. l. e. g. i. t. a. m. i. c. a. m. e. i. u. s. o. p. e. r. e. p. o. c. i. u. s. q. u. a. m. v. i. r. t. u. s. s. u. b.  
 l. i. m. a. t. u. s. e. s. t. H. a. t. u. i. t. e. n. i. A. r. i. s. t. o. t. i. l. e. m. i. d. o. c. t. o. r. e. N. a. r. r. a. t. e.  
 e. n. i. A. g. e. l. l. i. o. l. i. b. r. o. n. o. c. t. i. u. a. c. t. i. c. a. r. u. m. V. n. d. e. p. a. t. e. r. A. l. l. e. x.  
 a. d. r. i. s. e. z. p. h. i. l. i. p. p. u. s. m. a. c. e. d. o. A. l. l. e. x. a. n. d. r. o. n. a. t. o. : A. r. i. s. t. o. t. i. l. i.

Alexander Magnus, A. r. i. s. t. o. t. e. l. e. m.  
 i. n. d. o. c. t. o. r. e. m. h. a. b. u. i. t.

A. r. i. s. t. o. t. e. l. e. s. i. n.  
 S. a. l. o. m. o. n. f. a. m. o. s. u. s. h. a. b. i. t. a. u. i.  
 q. u. i. p. e. r. i. t. s. a. p. i. e. n. c. i. a. m.

Image sapientia in foris  
 h. e. p. r. e. s. t. a. t. u. s.

Sapientia lib. 1. cap. 1.

Sapientia 17. 1. 1.

Philosophus nomen habet  
 a. r. i. s. t. o. t. e. l. e. m.  
 A. l. p. h. a. r. a. b. i. t. u. s.  
 r. e. p. r. e. s. e. n. t. a. p. h. i. l. o. s. o. p. h. i. e.

Gellius i. n.  
 p. e. n. d. u. s. s. a. p. i. e. n. c. i. e. s. o. p.  
 a. m. a. n. t.



*Tractatus Primus*  
*Antiqui Sapienciam amauerunt.*  
*Cap: 2.*

*Epistola Philippi ad  
Alexanderem*

misit epistolam talem. scilicet Philippus aristoteli salutem. Filiū inquit genitū mihi scito: quia propter diuicias gratias reddere debeo uel habeo: nō quia natus est mihi sed quia tuis temporibus ipsū nasci cōtiguit. Spero enī quod tua erudicione fiet dignus regno. Insuper Alexander necau in libro de naturis rerum refert qualiter Aristotiles occasione Alexandri logicam scripsit: & sedulus naturarum inquisitor extitit. Ecce quod laudabile principē amatorem sapiencie fore: cum occasione sapientes fiat sapientiores: & suos principatus reddunt stabiliores. Adbuc Ingramus quanto studio Alexander vitam exposuit. Narrat enī Alexander necau ubi supra: quomodo Alexander in vase vitreo mare intrauit: ut pisciū naturas deprehenderet. Insuper Plinius. Alexander inquit inflamatus cupidine cogitandi animalium naturas Aristoteli sume in omni doctrina eruditissimo: milia hominum conuocauit itaque totius asie atque grecie animalia uenatu: & aues aucupio recipi fecit quolibet: usque ad quolibet specie aliquid haberet: ut nullius rei naturam ignoraret. Cuius occasione Aristotiles fere quinquaginta libros de animalibus scripsit. Rursus Seneca epistola. xciii. Alexander inquit geometriam studuit: & cum sciuisset quod terra mota erat: tūc ait quod Alexander magnus vocari non deberet: eo quod terre pugillo dominabatur. Itaque geometrie studio sui domini quantitatem agnouit. His igitur narrationibus concludit quod qui fama & nomine cupit ditari: sollicitus debet sapienciam uenerari & uenari.

*Seneca*

*Ovidius*

*Apuleius*

*Capitulum*

lūm secundū quomodo antiqui sapienciam amauerūt.  
**U**lixes ut tradit ouidius libro. ix. metamorphoseos contra herculem: gloriam milicie obtinuit cum sapiens esset. Ille autē fortissimus leonisque oppressor: nam illustriorem reddit sapiencia virum quam corporis vires. Vnde Apuleius in libro de deo Socratis. Si laudas inquit virum quia diues: hoc fortu

Libri Primi.  
Antiqui Sapientiam amaverunt.  
Cap: 2.

5.

ne debet. Si quia fortis egritudine fatigabit. Si quia  
nobilis non ipsū: sed parentes eius laudas. Si quia pul  
cer pulcritudo in senectute abiet. Sed si laudas viz sa  
pientem: quantūlibet bonis moribus ornatū: tūc ipm  
vere laudas: quia hoc non est etate caducum: casu pen  
dulum. nec a genitoribus hereditariū. Hec in effectu  
Apuleius. Ceterū veterū studia cōmemoremus. Nar  
ratur enī in prologo historie triptite: qualiter theodo  
sius in armis p diem exercitabat: & noctibz sollicite li  
bris intuebat: qua ppter maximus fuisse naturalis ex  
dictis 303omei colligit. Vnde boe. libro. i. de cōso. p. ca  
quarto narrat platonem dixisse: q resp. felix esse inci  
peret si eam studiosi sapientia regerent: uel si eius rec  
tores sapientie studere contigisset. Idem ponit Valeri  
us li. vii. capi. i. Idemq; Socratem dixisse narrat Poli  
cratus. li. iiii. ca. vi. Qui tamen socrates ab apolline sa  
pientissimus vocatus fuit. Quid amplius: nunqd abra  
ham qui fuit pater multaz gencium peritus fuit i om  
ni sapiēcia egipcioz. Actū. vii. Nunqd Dauid habu  
it sapientiam sicut angelus dei. ii. Regū. xiii. Nunqd  
salomō petiuit sapientiam ad populū regendū: & obti  
nuit. iii. Regū. iii. Nam regale opus est sapere & diu  
dicare: vt ait Tullius li. i. de diuinationibus. Vnde ec  
clesiastici. x. Iudex sapiens iudicabit populum suum.  
Rurū & alios principes legimus sapientie studiū di  
lexisse. Nero enī quāq; crudelis esset: elegit tamē Se  
necam sapientem in doctorem: qui de clemencia librū:  
eius occasione scripsit: nunquid troyanus habuit Plu  
tarcum: cui9 occasiōe factus est liber de instructione  
trayan: ut patet ex epistola quam sibi scripsit: in qua  
trayanus plus laudabat sapientiā plutarci q suā fortu  
nam uel potenciam. Ceterū de lulio cesare legimus q  
studiosissimus extitit: cursūq; solis investigās dies per  
horas & momenta diuisit: bisextum inuenit: & mul  
tos alios libros scripsit: ut patet i libro de vita cesaris

Theodosius

Boetius  
Sapientia diuina

Valerius Max.

Polycrates

Abraham

Actus

David

2 Regum

Salomon

3 Regum

Eccl. x.

Nero  
Seneca

Plutarchus

Julius Caesar

Antiqui

Antiqui sapientia



# Tractatus primus

## Mulieres Artes inuenerunt

### Cap: 3

Solinus

Seneca ad Lucilla

In libro primo Sapientes re-

des Principum

habuerunt

Sapientia facit proles

Lucius

Conditio Davidis, Nathan

et Gad

et per seipsum dicitur et

Moses

Gorgias

Apollo

Pitagoras

Nilo

Abraham

Tubal

Phoroneus

solon

ligurgus

Ysis

parte prima : de cuius doctrina Solinus libro primo,  
pmo capitulo. Doctrina inquit Iulii: recta ratione funda-  
ta est. & eodem libro parū ante finem. Cesare inquit nul-  
lus celerius scripsit: nullus uelocius legit. Vnde qua-  
tuor epistolas simul dictasse phibeť. His ergo principa-  
tus debebat: quia sapientiam dilexerūt p quam reges  
regnant: & principes imperant. Vnde seneca ad Lucil-  
lum epistola .xciii. In illo inquit seculo quod aureū voca-  
bat: sapientes regnabāt: qui uilia suadebant: & inuti-  
lia dissuadebant: cauebant pericula & augebant bene-  
ficia. Dos ergo principum sapientia est. Vnde narrat  
in ecclesiastica historia ca. v. qualiter ptolomeus sapie-  
ciam dilexit: non solum humanam sed diuinam. Vnde  
lxx. interpres conuocauit ut noticiā diuine legis habe-  
ret: & sapientibus regni sui cōmunicaret. Idem t̃git  
Aug⁹. viii. de ci. dei ca. xl. Rursus de Caralo magno  
legimus q̃ studiosissim⁹ fuit. Et in libris Augustin⁹.  
precipue legit Alquirūq̃ doctorem elegit: a quo dya-  
leticam rethoricam & astrologiam didicit. Vir ergo  
illustis fieri cupiens sci: icet doctus: necesse est ut doc-  
tolem habeat: et sapiens fiat. Nam David secum ha-  
tebat nathan p̃phetā: & sadoch sacerdotem: ut sapie-  
tum consilia non egeret. His ergo narrationibus cla-  
re colligit: q̃ sapientia studiose querenda est: ut bono-  
ris nomen adipisci possit. Quod obtinuerūt qui sapien-  
ciā dilexerūt. Cui⁹ amor artes sapiēciaq̃ singlas siue  
sciencias ministravit. Quis enī dedit moysi ut litteras  
inuenirz. uide habuit. Gorgias rethoricā Apollo medicinā.  
Pitagoras arismetricā. Nilo geometriā. Abraham astro-  
logiam. Tubal musicam. Phorone⁹ solon: aut ligurgus  
leges. Hi enim hec omnia adinuenerūt: eo q̃ sapientie  
studio adheferunt. Capitulum tercium quomo-  
do mulieres artes inuenerunt.

**N**Empe plures artes femine reperierunt sapien-  
cie dono cui adheferūt. Nam Ysis regina egip̃

*Libri primi* ... *exulit (ve fuma d) mulier or statuit*  
*Mulieres Artes inuenerunt* ... *et deum toto produxit fuma in*  
*Casp: 3* ... *femina quid pami? qd luse et oty*  
*uo mian et sapientia claru* 6.

ciorum litteras egipcias inuenit. Ut ponit. Ysidorus  
 libro primo etymologiaz. Et carmentis nympha: alio  
 nomine dicta Nicostates primo litteras tradidit yta  
 licis. Et noema soror Tutalcayn mechanicas adinueit  
 artes. Eritrea q; atq; Tyburtiua alieq; sibille futura:  
 multiplici carmine descripserunt put narrat Lactancius  
 in libro. x. sibillaz. Rursus libia sua sapientia dirigen  
 te gloriosissime regnauit. Itaq; meruit ut suo nomine:  
 regnu suu nupare. Almathea q; alio nomine dicta  
 deiphebes. virgo fuit inclita & anis logetua: referenti  
 busq; poetis sua virginitate diuinitatem obtinuit: va  
 ticiaq; plura scripsit in babilone iuxta lacum ubi di  
 cunt suu fuisse oraculu. Quod quidem oraculu usq; in  
 hodiernum diem intuentibus inducit admirationem.  
 De hac refert q; plurima vixit secula: & Tarquo p  
 sto nouem libros quos ediderat attulit. de quib; tres  
 conbussit & sex residuos romani cu magna diligencia  
 seruauerunt. Ceterq; semiramis regina uetustissima sua  
 fortitudine & sapientia regna plurima subiugauit: ar  
 maq; uiris intollerabilia portauit. Opis q; alio nomine  
 dicta. Ops femina fuit que sua prudentia louem nep  
 tunu atq; Plutonem suos filios vna cu saturno: contra  
 hostes seuissimos a morte liberauit. & ideo fuit adep  
 ta tam grande nomen ut ipsa dicere mater deorum.  
 Vnde publica templa fuerunt sibi consecrata. Rursus  
 luno que fuit Opis filia: & loui tandem nupta olim re  
 gina celoz arbitrata est. Et ut eius memoria non peri  
 ret templum sibi grande fecerunt ueteres. & ex mar  
 more vario eius ymaginem sculpi fecerunt: temploq;  
 pposuerunt. Ceteru minerva alio nomine dicta Pallas  
 ut quidam referunt numeros primo inuenit: & in ordi  
 nem reduxit: quibus utimur usq; in hodiernum diem.  
 De ipsa referunt poete q; ex osse tibie vnus auis fistu  
 las pastorales pmo inuenit. Dicunt tamen aliqui q; de ca  
 llamo & non de osse fistulam primo composuit. Hec ecia

*unt mulier Dignu*  
*Carmentis nympha*  
*Nicostates*  
*noema*  
*Eritrea*

*Almathea in alia*  
*deiphebes*

*Semiramis*  
*Ops*

*Ops futurum Coniung*  
*Matre deorum*

*luno Opis filia*

*Minerva alia Pallas*

*de pallas quomodo*  
*posuit fistulam de osse*



*Tractatus primus*  
*De studio a iuventute*  
*Cap: 4<sup>m</sup>*

Minerva apud athenienses dea sapientie nūcupata est  
Rursus Mephesia sua sapiēcia & fortitudie regna ob  
tinuit: mamillamq; dexteram abstulit ne a sagitaciois  
exercitio impediret. Aragnes asiatica q; phebeia fe  
mina fuit. que artē texture atq; lanificii reperisse fert  
Huius ergo narrationibus patet feminas sapientie ad  
hesisse eiusq; gracia nomē honoris adeptas fuisse. Nū  
qd insuper alias feminas sapientie. viguisse legimus.  
Nunqd filium suū iacob. Rebecca instruxit ut bene  
dicionem obtineret suoq; cōsilio a fratris persecutioe  
ipsū liberauit. vt tradit liber Gene. Nunqd Bersabee  
suo sermone prudenti suo p filio Salomōne regnū ad  
epta est: ut tradit liber regū. Hester quoq; suo sapiēti  
sermone ab Assuero rege quod voluit obtinuit. Ati  
gael q; sua sapiencia Nabal viz suū a morte eripuit. &  
Iudith ab Olouerno populū suū liberauit. Femine igit  
sapientie gracia viguerunt suiq; sexus ebetudinem coo  
peruerunt

Capitulū quartū de studio a iuuetute

**A** Pud hebreos mos erat olim iuuenes instruere  
in his scienciis que secure erāt vt recitat Ori  
genes super cātica i principio. Quia teste Ari  
stotile. v. ethicoz. In his delectari est nob̄ na  
turale: in quibus ab infancia delectari incepimus. Vn  
de Anselmus i libro de similitudinibus ca. lvi. Mol  
lis inqt cera imaginem sigilli facili ter recipit: sed cū i  
durata fuerit retinet nec de facili dimittit. Adolescé  
tes ergo ab exordio in scienciis & virtutibus istruī de  
bent: put faciendū tradit Augu. xii. de ci. dei. ca. xv  
Infans inqt suā capacitatem non excedat. quasi dicat  
q; sapientie studiū tēperamento regulari deberet. Re  
plēda ergo est illoz hominū vita siue iuuenū quorum  
occupacio vanitas est. & senectus mox dissipacō erit:  
scelerataq; abissus. Cur enī artes liberales dicunt: nisi  
quia liberis signanter nobiliū debent. Vtinā hi attēde  
rent quāto sapientie studio predecessores vacarūt i se

*cap.*  
*in ipsa sibi virtus ipa*  
*t aior ipsa fecit*  
*ut que docuit*

Libri primi  
De studio a iuuentute  
Cap: 4

7.

nocturne pariter & iuuentute. Narrat enī Agellius li-  
bro. vii. ca. x. qualiter Euclides sapientie studiū tā-  
dilexit vt periculo mortis se exponeret. Quia nō ob-  
stāte decreto atheniensū Socratis doctrinā audire dispo-  
suit. Insup Iero9. ep̄. xxxiii. narrat qualiter aliqui phi-  
losophi ppter studiū calcabant honores. Alii p̄ciebāt  
diuicias. Alii acceptis iniuriis gaudebant. Alii penas  
spreuerūt. Alii heremū ītrantes soli philosophie se de-  
dicart. Vnde teste Valerio Carnaides. xc. ānis studio  
sapientie vacauit ita ut studii causa: nutrimentū accipe-  
sepi9 pretermitteret. Insup Hugo in didascalicon pte  
secūda narrat qualiter plurimi omnia relinquebāt: vt  
sapientie studio vacarent. Nam Permenides. xv. ānis  
in rupe egipciaca sedisse legit causa studii: & Protha-  
ceus meditandi causa in monte Caucasō vulturi expo-  
situs memorat. Thenustides q̄ expletis. c. ānis & vii  
mortem suā deflebat dicens se dolere mori cū sapientie  
cepisset. Plato q̄. lxxxi. ānis scribens mortuus est. &  
Socrates. xcix. ānos in docendo & scribendo cōpleuit  
His ergo exemplis patet q̄ amandum sit sapientie stu-  
diū: cui9 sūt due clauē quas expressit quicā senex  
carnotensis: narrāte Polierato li. vii. capi. xiii. Prima  
clauis est amor docēciū: put ait Quintilianus libro de  
instructione oratoris. Secūda clauis est sollicitudo stu-  
dēciū: quia tūc optime docet qui legit si amat eos qui  
bus legit. & audientes pficiūt si attēte & sollicite au-  
diunt. O q̄ enorme pigrūq̄ studiū plurimoz reperit:  
quot sunt patres pmittentes filios sterilefcere. Vnde  
Tuli9 in prima rethorica. Quid inq̄t agis: cur perdis  
adulescentem. Et sūt verba Therencii poete. Et idem  
Tullius in tusculanis questionibus li. i. capi. xxxviii.  
Adulescens inq̄t maiores debet vereri & viros proba-  
tissimos diligere: quoz cōsilio & auctoritate vtat. In-  
sup Crisostimus sup M<sup>o</sup> omelia. xlix. Sicut inq̄t ter-  
ra ifructuosa: sic iuuentus neglecta: nil ergo laudabil9

blanda patm scopus fac  
iustitia uatō



*Tractatus primus*  
*De studio & iuventute*  
*Cap: 4*

iuuentute culta & studiosa. Vnde Valerius li. vii. ca. v.  
Ciuitas inquit nostra nobilium iuuenum ingenia ab insolentia  
reuocando: magnos & utiles ciues fecit: honoribus  
que meritis. quod obrem lero. libro de instructione filie. ni  
hil inquit discat audire uel loqui nisi quod pertinet ad ti  
morem dei: turpia non intelligat: mundi cantica igno  
rat: eiusque lingua psalmis dulcibus imbuet. Ecclesiasti  
ci. vii. Filie si tibi sunt: serua corpus earum & non offen  
das hilarem faciem tuam ad eas. Idem beatus Gregorius  
in registro. Peto inquit ut tuos paruulos quos nutris mo  
ribus precipue instruere cures: ut scilicet ea loqui de  
beant que mentes eorum in caritate postulant. Iuxta illud  
Ecclesiastici. x. Letare iuuenis in adolescentia tua & in  
bonis sit cor tuum. Nunc autem sapientie studio relicto iu  
uenes vice doctorum sceleratos imitant corruptores mo  
rum. Quapropter dicit lero. ep. lxxxix. Eligendus est  
inquit magister propter etatis sanam & eruditionis: ut  
scilicet eius exemplo iuuenes imbuantur qui mala diligunt  
in quibus nutriuntur. Sic enim de alexandro legimus quod ex  
emplo Leonidis magistri sui multa vicia retinuit: qui  
bus carere omnino non potuit. Vnde lero. in ep. lxxx  
vii. In tenera inquit etate facilius sancte conuersationis  
usus inualescit: animusque induratus non de facili ad ar  
bitrium uolentis trahi potest. Ideo Tullius in libro primo.  
de senectute ca. iiii. dicit. Pueri inquit adinuendi sunt  
quia infirmitas puerorum est nimia. Ipsi enim sunt ad leui  
tates prompti. Vnde uinum pueris negandum docet Sene  
libro. ii. de ira. Ipsos quod cibis non infamandos esse do  
cuit Plato. Nam castermargia sapientie studio nimis  
contradicit: eo quod nutrix est voluptatis que maxime pro  
prie inimica inquit Augusti. libro. iiii. contra Iulianum. Vnde  
de Hugo in didascalicon parte. ii. narrat qualiter a quo  
dam sapienti fuit petitum que erant necessaria student.  
Qui respondit mens humilis: vita quieta: scrutinium  
tacitum: leta paupertas: terra aliena: non erubescere petere.

*si sunt feracibus ad ma  
gnum et promptum*

## Libri Primi.

*Sapientia Regibus necessaria.*

Cap: 8.

8.

do: & sciencia adepta neminem contempnere. Et con-  
cludit ibidem q̄ quatuor portāt lecticam philosophie.  
scilicet amor: labor: cura: & vigilia. His ergo modis sci-  
encia acq̄ri potest: que tunc sortit̄ efficaciam si vita scien-  
cie conformet̄. Vnde Iero. ep̄. xxxiiii. narrat qualiter  
Ipocras discipulos suos adiurauit anteq̄ eos doceret q̄  
mansuetudini & moribus insisterent. Socrates eciam  
vniuersam philosophiam ad mores corrigendos reduxit  
vt ait Seneca ep̄. lxxiiii. Et Augu. iiii. de ci. dei. ca. iiii.  
Idem ponit Tullius in tusculanis questionibus li. v. cir-  
ca principium. Rursus iuuenis attendat ne prauam doc-  
trinā discat. Vnde apud Lacedones libri archiloci de  
ciuitate sua deiectioni fuerūt: eo q̄ quedā turpia: licet sub-  
tilia continebant. Narrante Valerio li. iiii. ca. vi. Di-  
scat ergo iuuenis doctrinas sanas. Nam isane doctrine  
falsitatibus sūt pmixte: atq̄ doctrine non merent̄ dici.  
Vnde sup̄ cantica Bern. ome. xxxv. Est inq̄ om̄s sciē-  
cia bona cū modo subnixa sit ueritati. Sed quidā sci-  
re volūt eo fine tantū vt sciāt: sed turpis curiositas est.  
Sūt eciam qui scire volūt vt scire v. deant: s̄ turpis vani-  
tas ē. Et subdit. Sic inq̄ cibus idigest⁹ corp⁹ corrū-  
pit sic eciam sciencia igne caritatis scilicet bonis operib⁹  
non digesta: anime corruptio est. De tali sapiencia loq̄-  
tur sapiens Eccle p̄mo. In multa sapiencia multa idig-  
natio.

Capitulum v. de sapiencia regibus necessaria

**I**oseph nō diuiciaz multitudie sed p̄ sapiencia  
obtinuit vt dominaret̄ in om̄i terra egipti. Ge-  
xlii. Vnde Vegetius libro p̄mo de re militari.  
Null⁹ est inq̄ cui sapiencia magis obruat q̄ p̄n-  
cipi: cuius doctrina omnibus debet prodesse subditis.  
Ideo iuuenes non debent fieri principes. quia non con-  
stat eos esse prudentes ut dicit̄. iiii. Thopicoz. Nā sa-  
piencia fecit romanos dominari. vt inq̄ Polycrat⁹ li.  
vii. & li. iiii. Romani inq̄ viguerūt q̄ diu litterati fu-  
erunt. Sed ex quo litteraz virtus in eis languet extūc

*De regimine Boetii  
seminabatur in ep̄*



## Tractatus primus

Sapiens omnia possidet

Cap: 6

manus armata: infirmata est: & cecidit principatus. Quoniam sapientia ait. p me reges regnant. puer. viii. Cur enī troianus olim hortabat regem francoz: ut fili os suos in artibus liberalibus erudiri iuberet. narrāte Policrato li. vi. nisi qd rex illiterat⁹ est asin⁹ coronat⁹ Nam rex insipiens perdit populū suū Ecclesiastici. x. Vnde Iheroboā ex sua imprudencia. x. regna perdidit: q sibi dimisit pater suus Salomō. Sapientia ergo regna stabilia facit. Vnde ī morali dogmate philosophorum narrat qd tē Xerxes rex iudeoz īnumerabilē habēs exē citum cōtra paucos grecos bellatur⁹ accessit. Cui qui dam dictus Damacetus. Ista inqt multitudo tibi placet domie mi rex: sed metuēda est. quia dubium est in doctam multitudinem regi posse: nec durari diu potest quod regi non valet. Vnde Vegetius li. iiii. dicebat se esse deceptum eo q multos habebat homines: sed nul los habebat discipline subiectos. Prudencia ergo prin cipibus victoriam prebet: viteq honestatē. quia īpossi bile est prudentem non esse bonū. vi. ethicoz. Vtinam ergo prudentiā principes diligerēt & sapienciā: sed for tassis supbia eleuat corda eoz. ita q negligūt omia q a sapientibus & prudentibus scrutari debēt. Vtinam reminiscant qualiter Dionisius licet tirānus Platonē sapientem honorifice suscepit: narrante Policrato. l. vii. ca. xxxvi. Sed hi sapientes non amāt qui sapientes fieri non curant. Eoz ergo principatus ruine gēnti ti morem

Capitulū. vi. sapiens omnia possidet

**N**ihil possidet qui seipm non habet. Stultus ue ro se non possidet eo q se regere nescit. Sapiē tis aut sūt omnia. quia nullo eget. Vnde Se neca ad Lucillū ep. ix. allegat Crisippum dicentē. Sa pientem nulla re egere: & tñ multis rebus illi opus ē se. Econtra stulto nulla res opus est. Nulla enī re uti scit. Nempe egere ille dicit qui desiderat qd ab eo nō habet & exinde molestāt: quod sapiens non facit. quia

Qui sapientia non sibi  
principat ut sapientia

*Libri primi...*

*Sapiens omnia possidet...*

*Cap: 6...*

9.

ex sibi possibilibus contentat. Vnde idē Seneca li. vii. de beneficiis. Dicitis Ostoici sapientis omnia esse: quomodo ergo aliquis potest dare sapienti si omnia eius sunt. Nihil inquit phibet bona Ciceronis esse & sapientis. Sed quomodo sua erūt si ea nō possidet. Ideo enī sua esse dicunt quia suo subsūt iperio. & quomodo subsūt ex quibus ea non habet: reuera. nec habet nec habere petit. & si petit tunc ea habebit. alias enī petere sapientis non est. Ecce ergo cū sapientis sūt omnia. Studeat igitur sapiēs fieri homo: nec prestudiat ditari: quia omnis sapiens diues. multi uero diuites credunt qui non sūt sapientes. Vnde Lactancius li. de falsa sapientia. Naturā inquit hominis deus hanc esse voluit: ut duarū rerū cupidus homo ac appetens esset scilicet religionis & sapientie. Sed homines ideo fallunt quoniam à religionē sine sapientia suscipiūt: aut sapientie soli student religiōe omīssa: cū tamen alterū sine altero esse non potest. Nomine autē religionis honestas capiūt. & nomine sapientie vera philosophia: qua mores astringunt. Vnde plato dixit amatorē dei esse philosophū: teste Augu. viii. de ci. dei. Nec tamē credat quis uerā philosophiā esse illā quam studio humano acquirimus: sed illā quā nemo mortalis assecutus est. Vnde Tullius i libro de amicitia. Negāt inquit scilicet ueteres quemquē esse bonū uirū nisi sapientē. Sed illā sapientiā interpretant quā nemo mortalis est assecutus. Quereres fortassis que sit illa uera sapientia. Reuera ipsa est qua deus cognoscit. Vnde lactancius libro de uero cultu. Sic i itinere celebrādo nihil pdest uiam nosse: nisi conatus & vires suppetant ambulandi ita uerī sciencia nihil pdest si uirtus ppropria deficiat: sciencia autē uera est deū nosse. Dicerēs tamē sapientie plures esse partes: suprema autē pars est qua deus cognoscit & alia pars est qua homo in agendis dirigit. De qua Tullius in tus. ques. li. v. Sapientis ppropriū est: nihil quod penitere possit facere: nihil inuite sed splendide



*Tractus Primus*  
*Dispositio ad Sapientiam*  
*Cap 7.*

et constanter omnia peragere: nihil expectare pro certo futuro: nihil cum acciderit admirari suisque stare iudiciis. O quam desideranda est hec sapientia qua bene viuunt: qua liber homo efficitur. Vnde Tullius libro de paradoxis. Sic in probo & stulto homine bene esse non potest. Sic vir bonus & sapiens miser esse non potest: omnis sapiens liber omnis stultus seruus. Huic tamen sapientie stulti contradicunt: illosque predicant stultos quorum studia sapientie insistant quorum tamen teste Seneca ad Lucillum ep. xxiii. nunquam intantum conualescit nequeia: nunquam sic contra virtutes comminabitur: ut non philosophie nomen honorabile & sacrum maneat. Quoniam ut ex puerbis sapientum colligitur: rem maximam premitit sapientia tibi: ut te reducat. Sed hanc paucissimi habent. Vnde Cato. Sermo datur cunctis animi sapientia paucis. Si tamen sapientia haberetur: diuicie que magno labore acquiruntur uelut inutiles premitterentur. Vnde Claudianus in maiori. Magnas ingenii copia vincit opes. quia scilicet homo ingeniosus & sapiens vincit magnas opes. Nam opibus non fit sapiens homo sed sapientia diues.

Capitulum. vii. de dispositione ad sapientiam & de quiete contemplantium

**N**ulla est via melior ad sapientiam quam vita virtutiosa. Vnde Augustinus. lxxxiii. questione allegat dictum cuiusdam sapientis Fontei nomine quod scripsit quidam paganus postmodum baptizatus. Hoc inquit agite miseri scilicet baptismini ne hoc domicilium vnumque polluat spiritus malignus: ne sensibus inmixtus incestet anime sanctitatem: lucemque mentis obnubilet. Nam ipsis adheret somnis: latet in ira: impeditque omnis meatus sapientie & intelligencie per quos lumen rationis solet infundi. Itaque apparet quod sancte & catholice viuere est medium vere sapientie. Sed quia in virtutibus reperiunt stulti amaritudinem: & in crimine voluptatem. Ideo mala per bonis amplectuntur.

Vnde lactancius in libro de falsa religione. Quia inq̃  
i virtutibus amaritudo pmixta est. Vicia vero volup  
tate condita sūt. Ideo stulti illa amaritudine offensi &  
uoluptate decepti: mala p bonis amplexant. Et idem  
Lactancius libro de vera religione & sapientia. Veri  
tas inquit acerba omnibus his qui vitam suā mōtife  
ris voluptatibus dederunt. S; reuera menti virtuose  
nil pulcrius studio sapientie est. Vnde Quintilian⁹ li  
bro viii. Pulcerrimū opus est studio vacare quia mēa  
non viciis sed studio libera est. Illi ergo reprobandi sūt  
qui studio vacare pigrescunt. Vnde ex puerbis sapiē  
tum colligitur: vt auri aliquid extraham⁹ terras eue  
rimus: vt autem sūmum occupemus pectus scrutari  
piget. quia scilicet omnes labores accipimus vt aurū  
possideamus. Sed p sapiētia qua deus cognoscitur la  
borare pretermittimus. Arbitror enim peccata hoc fa  
cere. Vnde Seneca ad Lucillum ep̃. liii. Vicia sua cō  
fiteri suauitatis indicium est. Qui igit sapiēs fieri cu  
pit delicta tollat quibus studium offendit. Vnde pru  
dencius: quotiens animam vicioꝝ peste repulsa sensi  
bus incaluisse deo: quotiens tepesactum ingeniū cele  
ste: luctū post gaudia retrogressisse ī stomacho. Quod  
nil aliud sonat: nisi quod viciis repullis anima inheret  
studio sapiētie: sed per vicia retardat. Vnde Prosper  
in libro epigramaton. Cor mundum & sapiens fructu  
virtutis alāt: & xp̃i ī nostro pectore regnet amor. Nē  
pe amor studentem excitat & moram facere non per  
mittit. Sollicitum ergo erit studium in amore si fun  
dat. vnde Ouidius libro de arte amandi. ii. Est mora  
tuta breuis lentescunt tēpora cure. Vanescit q̃ absens  
& nouus intrat amor. Vir ergo studiosus sapientiam  
querat qua mens perficit: qua etiam in hoc crescit ho  
mo in quo brutis dominatur. Rursus petunt homines  
quietem. Sed quietus esse non potest qui sapiens non  
est. Vnde Seneca ad Lucillum epistola. lvi. Nulla pla



## Tractatus primus

Sapientia docet omnia.

### Cap: 8.

Quida est quies: nisi quam ratio cōposuit: nulla q̄ res sapientis animum euocat: nullusq̄ animi concent⁹ interrumpit cogitationes bonas solidas q̄ iā & certas: itaq̄ in bonis cogitationibus & studiis quies est. Vnde n̄rat Agell⁹ li. p̄mo quomodo Socrates a solis ortu vsq̄ ad occasum immobilis studio vacabat: atq̄ oculis i eūdē locum directis contemplationi insistebat: de mūdi sollicitudinibus animē curabat: totius q̄ mundi se incolā esse & ciuem ābitratur. Nil autem scire se dicebat nisi hoc ip̄sū q̄ nihil sciret. Vnde & Carneades sapientie studio vacans cibum capere sepius pretermisit vt alibi dictum est: narrante valerio libro. viii. Cur ergo mundani quietem non habent quia nō in diuinorū sed in humanorum studio occupant. vnde Seneca ad Lucillum epistola. viii. Mihi crede nā qui nihil agere videntur maiora agunt humana diuina q̄ simul tractāt q̄i. d. q̄ humano studio non ita est insistēdum q̄n etiā diuino intendēdū sit: alias mentis quies haberi non potest dicente Augustino domine inquietum est cor nostrū donec quiescat in te. Huius autem quietis via: est via virtuosa.

#### Ca. viii. Quomodo sapia docet oīa.

**S**apientia omnia complectit̄ & singulorū noticiam prebet. O igitur q̄ amanda est: qd enim iocundius aut felicius tibi q̄ cū būa na comceperis: diuina sentias. Reuera prebet pabulum anime studium sapientie. Attendamus ergo q̄ sit delectabile naturalia p̄scrutari. vnde Tullius in dialogo ad Hortensium. Et inquit animorū ingeniorum q̄ naturale quasi pabulum quoddam contemplatio nature. Et didimus ad alexandrū. Nulla inqt spectacula vel certamina tantum affectamus sicut scilicet sapientie studium: in q̄ sapientia videmus cōlū pulcre formatum signorum varietate: stellarū fulgore rutilare: videmus q̄ pelagus purpureo colore ventum: germinaturam terrā amplecti: cui⁹ pelagi mul-

iformes pisces p equora siue undas saltus exercēt. cā  
porum etiam virentium specie delectamur: ex quibus  
odor gratissimus flores suauitatis exalans: oculos si  
mul pascit & animum: memorum q̄ adest opacitas: &  
fontium arridet amenitas. Assunt concinnantes dul  
cissimos melos. Hec inquit sūt nature spectacula que  
& imitari difficile est: & refutare culpabile. Sed nun  
quid hec omnia sapientia prebet: reuera sic quia omni  
um naturas docet. Vnde Seneca de naturalibus que  
stionibus libro. iiii. dicit: sapientem debere naturalū  
inquisitioni vacari: dulce inquit spectaculum est: sin  
gula scrutari: sed reuera pretermisso sapientie studio  
plures inanibus occupationibus agitant & querūt ex  
tra studii campum: & nemora sapiētie feras. Itaq̄ enī  
malunt rerum corruptibilium vsum: quam noticiam  
perpetue duraturam. Vnde fulgentius libro secundo  
micologiarum narrat q̄ cum dyogenes dolore graui  
torqueretur & vidisset homines ad amphiteatrū cur  
rentes aiebat. Qualis inquit hominū stulticia: currūt  
vt videāt homīes: repugnare feras: & me pretyattūt  
cū naturali dolore certantem. Hii etenī sapientes nō  
erant quia cursibus non acquirūt sensus sed opere bono  
sedulo q̄ studio. vnde Virgilius in georgicis libro pri  
mo. Felix q̄ potuit rez cognoscere causas. Et Tul. libro  
p̄mo de diuinacōne. Siquis mōtales omnū colligatio  
nes caularū animo p̄spicere posset: nihil ei p̄fecto fal  
leret. Nam ex noticia mortalium cognitio perpendit  
conditoris. Vnde Prosper in libro epigramaton. En  
miris operum signis ostēditur actor: Actorem q̄ suū  
conditi queq̄ canunt. Cum igitur sapiens humana ra  
tione p̄spexerit: deum inueniet in cuius contemplatio  
ne quietabitur. Audisti ergo sapientiam naturaz cau  
sas edocere: nunc ergo de diuinis loquentem medite  
mur. Nam ipsa sapiētia infima & excelsa p̄scrutat: si  
enim eā possideres q̄ntum tibi suppetit omnia cognos



# *Tractatus Primus*

*Sapientia docet omnia*

*Cap: 8*

scēs. Vnde Lactancius de origine erroris: nobis inquit  
proprie datum est cœlum intueri. vt deum quem ocu  
lo videre non possumus animo contemplemur. Vnde  
Tulius libro quinto de natura deorum. Nihil inquit  
difficilius q̃ a cōsuetudine oculorum aciem mentis ab  
ducere. Ecce quanta difficultas deum venari. cui⁹ tñ  
cognitionem ex visibilibus sapiētia prebet. Iuxta illud  
Aplī. inuisibilia dei p̃ ea que facta sunt a creatura mū  
di intellecta conspiciuntur. Vnde Tul. in libro de cre  
atione mundi dicit p̃tē huius vniuersitatis inueniē  
difficile ē: quia soli sapiētes deum cognoscere possunt  
Vulgus autem sapienti credit. Conspicit ergo sapiens  
creaturas dei vt deū cognoscat ipse. vnde Boe. li. v. de  
con. Qui recto cœlum vultu petis in sublime feras ani  
mū q̃. Et iunen. li. primo felices puro qui cœlū cor  
de tuentur. Visibilis deus hui⁹ per secula cuncta mane  
bit. Nam & deus homī vultū erectū prebuit vt cœlū  
aspiciēdo deū cognosceret. Bruta vero trā cernunt in  
quā resoluit eorū vita. vnde Ouidius in primo metha  
morphoseos. prona q̃ cū spectant aīalia cetera terrā. Os  
homī sublime dedit cœlū q̃ videre: nūllit & erectos ad  
sidera tollere vultus. Et Bernh. filuester in suo micro  
cosmo. Bruta patenter habent tardos animalia sensus  
Cornua: deiectis vultibus ora ferunt: sed maiestatem  
mentis restante figura. Tollet homo sanctum solus ad  
astra caput. vt celi leges inde flexosq̃ meatus Exem  
pla vite possit habere sue. vnde cū quidam ab Empede  
cle philosopho querēt: cur viueret? respondit vt astra  
inqt aspiciam: cœlum subtrahē & null⁹ ero. Iste ē Em  
pedecles qui sic descripsisse deum legitur. Deus est in  
quit sphaera cuius centrum est vbiq̃ & circūferētia nul  
q̃m. Alibi tamē legi democritum hoc dixisse. Quicq̃  
sit tamen Empedecles sapientie studio mediāte deum  
pro viribus inuestigauit. Et vt refert Lactancius mō  
tem sibi intulit eo q̃ animas eternas suspicabatur. Ex

*Libri primi*  
*iugiter est studendum*  
*Cap: 9*

12.

predictis ergo patet qualiter sapientia naturalium & diuinorum noticiam prestat.

Capitulum ix. Quomodo iugiter sit studendum.

**A**D hoc datus est homini intellectus ut intelligat & cognoscat. Via autem cognitionis studium & contemplatio est: sed quia teste ipocrate in amphorismis: vita brevis ars vero longa. Congruit ergo volenti sapiens fieri studiosissime atque sollicite scientias contemplari. Nam & licet predicta verba de arte medicine dicta sint: nihilominus tamen quilibet ars & scientia longa est & ad eius adeptionem vix humana vita sufficere potest. Nam teste Tullio in dialogo ad hortensium. Omnis cognitio multis est obstructa difficultatibus. Est enim & in ipsis rebus obscuritas: & in iudiciis nostris infirmitas. unde fertur quod Teofrastus Aristotelis discipulus naturam accusabat dicens. Cur igitur ceruis & cornicibus diutius vitam prestat quam hominibus? quorum si etas possit esse longior omnibus perfectis artibus eorum vita erudiretur. Vita ergo brevis. Sint ergo studia sollicita. Quid enim dulcius ocio literato inquit Tullius in tus. quest. li. v. Erubescant ergo idociles & ideote quibus discere nulla cura est: aut quomodo scientiam spernant quam ignorant: aut quia scientiam iactant se habere quam non habent. Nam teste Tullio li. primo de diuinationibus. Omnibus in rebus temeritas turpis est. unde Socrates se nihil scire dicebat: cum sapientissimus esset: ne igitur tollat studium tuum desidia vel superbia. Nam teste Ouidio libro de tristibus ingenium longa rubigine torpet lesura. Quod verum est de hiis qui minime student. Nam studendo & contemplando gaudet natura veritate. ut ponit Varro in suis sentenciis. Et Aristoteles primo ethicorum. Optimus est qui a seipso omnia intelligit. bonus autem & rursus ille qui bene discit quod audit. Qui autem nec ipse intelligit neque alium audiens in mente iacit: hic inutilis





*Tractatus primus*  
*De modo docendi.*

*Cap: 11.*

a sole elongatus eo minus videt quo magis distat. Sic etiam quicquid homines dicant. quicquid liber sortilegiorum scribat. Hiis non obstantibus quis eo sit stultior: quo a diuino cultu & fidei obedientia sit distantior. Vnde Tiberēcius: vt quid aliena cures que ad te non p̄tinent. aliena enī sunt ea potissime scrutinia q̄ dyabolus iuentor est. vnde Varro in suis sentēciis nūq̄m deueniet qui tot sequitur calles. Pretermittas ergo vana scrutinia artibus q̄ veris intēdas. Sollicite ergo doctorem audias. frequenter legito. nempe continuatio discipulum magistrū facit. Vnde Plinius ī ep̄ ad vrsūm. Sicut faces assidua concussione: ignem custodiunt: dimissum q̄ egerrime reparant. Sic & doctis calor: et audientis intentio continuatione seruetur & remissione languescit. *Ca. xi. De mō docēdi.*

**S**I in omnibus exigitur modus: in hoc tamē precipue qđ est docere. Quia teste Arestotile primo methaphi. Signum scientis est posse docere. Siquis ergo se scire dicat: & docere negat: dubius est sermo eius. Vt autē quis bene doceat expedit vt modum audienti vtilē exquirat eius q̄ capacitatem etatem et sensū concernat nec incipiat instruere artes sed prius artes imbuat. Plures enim altarum scientiarum documēta adierūt quia tñ artes ignorant. ideo vix ad plenum aliquid intelligūt. Assit ergo docenti scilicet instruēdi forma. Vnde Paladius li. primo de agricultura. Prima inquit p̄s prudentie est. vt consideres personam eius cui precepturus es. Neq̄ enim īformator aut instructor agricolę debet artibus & eloquentia artes imitari. Nam stultum est rusticos p̄tissimorum virorum alloq̄ stilo. vnde Varro in suis sententiis lucidissimum inquit gen⁹ docēdi est exemplorum subiectio. Hiis ergo cōcluditur docēdi oportere habere modum vt scilicet audientis: consideretur qualitas exemplorum q̄ conformitas



*Tractatus Primus*  
*Philosophia, quæ de Descriptio & usus...*  
*Cap: 12...*

inutilia fore. Si enim mihi non credant: saltem sancto Ieronimo credant. Nullum enim inconueniens apparere cuiuscunque gentis dicta colligere: & suo proposito rationabiliter applicare. Vnde Seneca ad Lucillum epixix. Non mireris ex eadem materia suis studiis quæ apta colligere. In eodem enim prato bos herbam terit: canis leporem: ciconia lacertam: tanquam dicat. nullus doctrinam spernendam esse: quia sapiens in quolibet querit quod bonum est: & ita proficit: & improbat quod malum est: & illud ita tollit quod alios inficit. Quamquam igitur sacra eloquia quibuscunque philosophorum dictis stabiliora: & merito laudabiliora sint. nullatenus tamen depri-menda. Vnde Ysaï. xxiii. Erubescere sidon ait mare. Super quo verbo Grego. primo mora. post principium in sidone inquit figuratur stabilitas positorum in lege. in mari autem vita gentilium. Erubescere ergo sidon ait mare. quia ex vita gentilium redarguitur vita sub lege positorum atque ex actione secularium redarguitur vita religiosorum: & eorum actio confunditur. dum illi etiam promittendo non seruant quod in preceptis audiunt: & isti etiam viuendo ea custodiunt: in quibus nequaquam mandatis legalibus astringunt. iuxta illud ad Ro. ii. Gentes enim que leges non habent que legis sunt faciunt. Que omnia ideo allegata sunt: eo quod dicta philosophorum gentilium non sunt contempnenda: quia prodesse sepius inueniunt. & si mala intentione & laudis causa flagella tulerint: eorum exemplo redarguantur. Si pro eterna felicitate ea ferre contēdimus: que pro terrena voluptate pertulerunt. Ipsi ergo melius instruimur. non quod imitatione mereatur: sed quia potius ea propter deum facienda sunt que ipsi propter inanē vanitatem pegerunt. Vnde August. in de. ci. dei. li. v. ca. xviii. postquam romanorum acta magnifica narrat concludit quod si romani pro ciuitatis terrene gloria tantum fecerunt. nos potius pro eterna. Vnde Crisostomus super Mat